



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

- I. Die Markgrafen Johann und Otto überlassen dem Priester Dieterich und seinen geistlichen Brüdern das Dorf Barsdyn bei Oderberg zur Stiftung eines Klosters, im Jahre 1231.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

V.

Das Kloster Chorin.

- I. Die Markgrafen Johann und Otto überlassen dem Priester Dieterich und seinen geistlichen Brüdern das Dorf Barsdyn bei Oderberg zur Stiftung eines Klosters, im Jahre 1231.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Univerſis criſti fidelibus preſens ſcriptum inſpec-
turis Johannes et Otto, Marchiones Brandenburgens, preſentis eui prosperitatem et
futuri. Omnes quidem ſtabimus ante tribunal criſti, recepturi prout geſſimus in corpore, et quia
terreno preſidentes principatui minus ad celeſtia ſuſpiramus, neceſſe eſt, ut amicos nobis queramus
de mammona iniquitatis, ut ſecundum ſententiam domini, cum deſecerimus, eterna nos cum eis re-
cipiant tabernacula. Ea propter nouerint uniuerſi tam preſentes quam futuri, quod nos Johannes
et Otto, Marchiones Brandenburgens, diuina largiente gratia domino Theoderico, de-
uoto ſacerdoti, et ſtatibus ipſius tam preſentibus quam futuris, pro ſalute noſtra et parentum noſtro-
rum, villam, que Barſdyn dicitur, cum omnibus attinentiis ſuis, cum omni fructu et libertate in
paſcuſ, in agris cultis et incultis, in riuis, in paludibus, in inſulis, in piſcationibus, in lignis contuli-
mus, omni iuri noſtro, quod in ea habuimus vel habere videbamus vel in poſterum emergi poſſit,
theolonii rerum venalium, exactionis annone, ſalis vel piſſum penitus renunciantes. Sepe dictum
vero dominum Theodericum in perpetuum ſuper eundem locum declaramus et in deſenſionem
noſtram et ſucceſſorum noſtrorum cum ſtatibus et ſucceſſoribus ſuis recipimus et ut premiſſum eſt
ab omni exactione ſiue jure cujuſcunq; rei ad nos pertinenti in preſato loco ſiue in Odelberghe
tam eum quam ſtatibus ſiue homines ſuos liberrimos aſſignamus, ita ſane ut clauſtrum ibidem in
honore perpetue virginis Marie edificet ad ſubſidium ibi deo ſeruientium et receptionem peregrino-
rum aut infirmorum ſeu profugorum, ut pro noſtra parentumque noſtrorum ſalute et perpetua ſalua-
tione jugiter exorare non ceſſent. Vt ergo factum noſtrum ratum et inconuulſum perhenniter valeat
permanere et ne aliquis violare preſumat, preſentem paginam inde conſcribi iuſſimus et ſigilli noſtri
appenſione inſigniri ac corroborari. Et hanc donationem rerum noſtrarum quam legitime et ſano
corpore fecimus in conſpectu multorum qui aderant perpetuaſter ſtabiliuimus. Hujus rei teſtes
ſunt Henricus Langrauius, Conradus Comes de Regentſteyn, Henricus Comes de
Dannenbergh, Henricus Abbas de Lenyn, Albertus et Walterus de Arneſteyn,
Albertus de Spandow, Henricus de Steyndale, Gerardus Advocatus de Odel-

berghe, et ego Gontrammus, Notarius. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XXXI^o.

Aus dem nach dem Original des Königl. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerdens Cod. II, 291.

II. Bischof Conrad von Camin überweist dem, in dem Wendisch Barzsdin genannten Orte, errichteten Kloster Gottesstadt hundert Hufen Landes im Lande Liepe, im Jahre 1233.

Conradus, dei gratia Caminenfis ecclesie Episcopus, uniuersis cristi fidelibus prefens scriptum inspicientibus salutem in eo, qui est salus omnium. Omnia facta mortalium temporalem motum secuntur et pereuntibus hominibus eorum facta intereunt. Ideo necesse est, ut vitis, que in ecclesia Dei plantatur, ne in labrafcam, que inutilis est, transeat, sollicito et discrete circumfodiatur. Nos igitur cum Abraham in ur Chaldeorum, qui locus miserie dicitur, et Jehennam inextinguibilem, que fautores suos poculo mortifero inebriat, in miseria nostre conditionis considerantes, instinctu sancti Spiritus, in remissionem omnium peccatorum nostrorum, ad laudem domini nostri Ihesu cristi et beati Marie Virginis claustrum nouo, quod Ciuitas Dei dicitur, quod quondam Slauice Barzsdin dicebatur, centum mansos cum omni iure in uno sulco in pascuis, in graminibus, in siluis, in piscationibus, in venationibus et quicquid utilitatis in posterum emergi potest claustrum supradicto cum omni deuotione assignauimus, Thioderico primo preposito cum fratribus suis in regulari disciplina militantibus ibidem constituto et canonizato, ut per claustrum adeo prenotatum termini nostre terre et dyocesis nostri Episcopatus illesi declarentur. Vt ergo facta nostra rata et inconuulsa permaneant et ne per curricula annorum dente serpentino virus ab emulis toxicatum superfundatur, prefens scriptum prefatis fratribus in testimonium sigillo nostre autoritatis fecimus muniri, et districte precepimus conseruari. Hujus rei testes sunt viri religiosi in ordine clericorum et in conuersatione laicorum. Mansos vero quos donauimus in terra jacent, que Slauice Lipaña nuncupatur. Et hic testimonium inchoatur: Abbas Otto de Belbuch, Henricus, Hugo, Canonici Caminenfes, Kanutus frater in Colbaz, Gwillelmus Notarius, Bertrammus Capellanus, Waltherus, Hermannus, milites in Oderberch et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis M^o. CC^o. XXXIII^o. anno nostri pontificatus XV^{mo}.

Aus dem nach dem Original des Königl. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerdens Cod. II, 293.

III. Pabst Gregor IX. nimmt das Prämonstratenser-Kloster Gottesstadt in seinen Schutz und bestätigt ihm namentlich das Dorf Bardin, die Ziegeninsel und die Schenkung seines Diöcesanes, des Bischofes von Camin, am 11. October 1233.

Gregorius Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis Preposito et fratribus monasterii sancte Marie, que dicitur Ciuitas Dei, Premonstratensis ordinis, Caminenfis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum tam vigor equi-